

# **Escritura de confirmación**

*(o sea nueva donación)*

**de**

*la donación n. V. otorgada por el mismo*

**Zeyt Abuzeyt**

*el año 1238*

Sacada del original que existe en  
el archivo de Segorve



Biblioteca Virtual de  
Pensamiento Político Hispánico  
*Saavedra Fajardo*



*Escritura de confirmacion (ó sea nueva donacion) de la donacion n. V. otorgada por el mismo Zeyt Abuzeyt el año 1238 (a) (V. pág. 44).*

**I**n Dei nomine et ejus gratiâ. Notum sit omnibus præsentibus et futuris quod ego Açeyt Abuçeyt, vel potius Vincentius, rex Valentiaë, nepos Almiramomenini, ductus spontaneâ voluntate, et amore Dei, et in remissionem peccatorum meorum dono, et assigno liberè, et quietè, et concedo, et confirmo sine diminutione, et contradictione aliqua omnia ad jus episcopale pertinentia vobis domino S. segobricensi episcopo vestrisque sucessoribus, scilicet, ecclesias de Alpont, et de Toxa, et de Açagra, et de Domeno, et de omnibus aliis castris, villis, alcariis, quæ ego in præsentem habeo, et habere potero, quæ ad sedem segobricensem de jure debeant pertinere, et in omnibus istis prædictis in corporalem possessionem vos mitto; ita quod in omnibus locis, et in singulis, faciatis et fieri jubeatis ecclesias ad omnem vestram voluntatem, sicut melius videritis expedire, secundum jus episcopale ad honorem Dei et Beatæ Virginis Mariæ et omnium Sanctorum. Et quia præsens donatio volumus ut robur obtineat firmitatis, præsentem cartam sigillo nostro munitam vobis duximus in testimonium concedendam. Actum est hoc apud Sanctam Mariam del Barrazino XIII kal. Mayy sub era MCCLXXVI (an. 1238). Testes hujus rei sunt dompnus Egidius archidiaconus Sanctæ Mariæ, et fratres Dominicus Ximini de Petra, et Ximinus

(a) Sacada del original que existe en el archivo de Segorve.

Petri, et Lupus archipresbyter, canonici, et dompnus Martinus Gundissalvi alcaydus Sanctæ Mariæ, et Ximinus Lupi, miles dompni Petri Ferrandi, et Furtadus miles ipsius Açeydi. Et ego Gundissalvus publicus scriba, qui hanc cartam scripsi, et hoc sig✠num feci.

«Al fin hay un reglon en arábigo, cuyos caracteres »parte mal formados y parte diminutos, parece deben »restituirse de esta manera, aunque no está completo »el sentido: وفق علي هذا عبد العزيز سيدنا ابي  
..... وفي التاريخ»

esto es: *convino en esto nuestro Señor Abdelaziz Abu  
....Abdelaziz.... y en la fecha.*»